UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Praxin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 6. De Antiphona ante Canticum Simeonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48333

Visual Library

§. III.

De Hymno.

I. NUnquam omittitur, niſi à Triduo ante Paſcha uſque ad primas Veſperas Dominicæ in Albis excluſivè.

II. Ultima Stropha variatur pro variatione temporis, quæ variatio facienda eſt in Completorio Feriæ ſextæ, etiam ſi de B. Virgine in Sabbato non ſint dictæ Veſperæ à Capitulo, ſed tantùm eius Commemoratio facta ſit.

§. IV.

De Capitulo.

I. SEmper dicitur, excepto Triduo ante Paſcha uſque ad Completorium Dominicæ in Albis excluſivè. Nunquam mutatur.

§. V.

De Reſponſorio brevi.

I. DIcitur ſemper; præterquam à triduo ante Paſcha uſque ad Sabbatum in Albis excluſivè.

III. Tempore Paſchali ante primum Verſum dicitur duplex Alleluia, iterúmque poſt illum Verſum repetitur pro parte Reſponſorij. Poſt ſecundum Verſum verò additur tantùm unum Alleluja.

§. VI.

De Antiphona ad Canticum Simeonis.

I. NUnquam omittitur, exceptâ Feriâ quintâ Cænæ Domini, & Paraſceves. Nunquam dicitur integra in initio, ſed nec variatur unquam, niſi à Sabbato ſancto incluſivè (in quo propria habetur uſque ad ſequens Sabbatum excluſivè, ubi loco conſuetæ Antiphonæ dicitur in fine Cantici Antiphona: *Hæc dies*, non autem inchoatur ante Canticum.

II. Reliquo tempore Paſchali, ſi conſueta Antiphona *Salva nos* dicitur, additur in fine unum Alleluja.

§. VII.

De Cantico Simeonis.

I. SEmper dicitur, etiam in Triduo S. Hebdomadæ.

II. Semper clauditur per *Gloria Patri*, exceptâ Feriâ V. Cœnæ Domini, & Paraſceves.

§. VIII. De